



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1614

Admodvm Reverendo Domino, D. Goswino Schrickio, SS. Theologiae
Licentiato, Regalis Ecclesiae B. Mariae Virginis apud Aquisgranenses
Canonico Archipresbytero, Domino suo honorando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)



ADMODVM
REVERENDO
DOMINO,
D. GOSVINO
SCHRICKIO,

SS. THEOLOGICÆ LICENTIATO,
Regalis Ecclesiæ B. MARIÆ VIRGINIS apud
Aquisgranenses Canonico Archipresbytero,
Domino suo honorando.



*Q*UOD de Timotheo Alexan-
dri M. historia referunt, admo-
dum R. D. potuisse eum, ex arbi-
trio suo animum Alexandri vel
rapere ad furorem, vel collige-
re ad quietem, pro vario tibia-

rum cantu: idem in scriptoribus experiuntur quo-
tidie multi, ut cera instar talis siue ad virtutem
siue ad vitia ab eis formetur lectorum animus, qua-
lem ipsi scriptis suis formam & imaginem volue-
rint imprimere. Multum enim in utramlibet, si-
ue honestatis, siue turpitudinis, partem valent,
que, ut inquit ille, oculis subiecta fide-
libus animos quasi stimulis quibusdam incitant,
& ardore inflammant: ac proinde magno de-
lectu examinari debet scriptoris argumentum,
* 2. prius-

EPISTOLA

priusquam publica luci & communi usui permit-
tatur: ne, dum sicut in morbis corporum; ita
in vitiis animorum male affecto sepe placent na-
xia, pro morbi remedio eiusdem augmenta na-
scantur. Curatoribus vero publica quietis & sa-
lutis sicuti proscriptio incumbit, libri nocentur;
sic tutela & patrocinium illius, qui honestum
non solum ideam, sed laudem simul proponit, &
necessitatem: ut dum exhibita decenter honesta
idea, qua se ipsam laudat, lectorem ad virtutes
allicit, etiam proposita eius necessitate quasi im-
pellat.

A. ve. o. quantus in hoc genere, cuius hodie
tibi admodum R. D. specimen offiro, Petrus Bes-
seus,

Qui quid honestum sit, quid turpe; quid vir-
tile, quid non;

Plenius & melius Chrysippo & Crantorodici-
cit.

Neque hoc solum: sed tanta simul verborum
sententiarumq; luce vestit, ut frigidum licet &
torpentem adhuc, imo alienum à virtutis studio,
lectoris animum iramissis paulatim antea emen-
tationibus quibusdam scintillis inflammet. Sen-
sit hoc primis aliquot annis proprio sibi beneficio
Gallia; (cum in magnis fidei obnubilationibus &
honestioris vite neglectu ignem istum Deus con-
cessit, ut sparsas à heresi tenetibus, oris sui ra-
dis dispelleret, & iniectum à vitiorum frigore
corpo-

DEDICATORIA.

torporem calore inflammaret) sensit deinde Chri-
 stianitas omnis, cum doctissimas huius Viri con-
 ciones sinu aperto suscepit, & quatuor earum to-
 mos quasi inexpugnatas totidem loricas (liceat
 enim diuersis ea qua diuersas habent virtutes cō-
 ferre) pro vallo hominis ad omnem virtutem in-
 structi, aduersus ingruentes omnium hostium in-
 sultus opposuit, sperans tam digna collati iam be-
 neficii estimatione noua se quotidie ab eorum Au-
 thore promerituram. Et vero bene est, quod spe
 sua nō exciderit: ecce enim hodie Tibi admodum
 R.D. pro eo, quem & meo & fratris mei nomine
 R.T. uae debeo amore ac obseruantia nouum, licet
 adhuc ab authore suo imperfectum opus nouumq;
 spiritualis belli offero instrumētum, quod tuo du-
 ctu optatē praelo ad omnes excuti, ut eos qui nobis-
 cum sunt ad praelium instruat, qui nos oppugnant,
 expugnet, Authorem ad operis sui absolutionem,
 & spe fructuum, & gaudio incitet, neque peregri-
 nus hoc à presenti nobis anni tempore (ea enim
 festa proponit, quorum vicinam paulatim festiui-
 tatem celebrabimus) neque ab officio R.T. vel stu-
 dio alienus, quia spiritus belli Archi-strate-
 gus non milites tantum, sed & Centuriones ad
 praelum ducis: & quidem in populo qui, ut il-
 le ait, à sanctis longe factus, multas ille Paro-
 chis suis, multas Tibi Parochorum Primati di-
 gnissimo, multas denique dilectissimo R.V. Fra-

EPISTOLA DEDICAT.

tri (qui in tanto aduersitatum impetu diligentissime simul & fortissime laudata semper Soc. Iesu Collegiū apud vos administrat) difficultates excitauit, aduersum quas statis omnes inter ardua duri ad molestiam, inter dubia certi ad laborem, inter animarum pericula solliciti ad cōmissiōis salutem: & perstabitis spero fortiter, ut dubia non cadant, lapsi resurgant. Ita vobis, & illis, & Ecclesie toti voueo, & libellum hunc ad R. T. hōi, tanquam voti mei testē, atq; amoris indicem, sig-figo. Coloniae Vbiorum, pridie Festiuitatis S. Bartholomaei Apostoli, Anno salutis, M. D.C. XIII.

Admodum R. V. D.
Obseruantissimus

IOANNES KINCKES
Cuius & Bibliopol. Coloniae

ARGV.